Incipit Racionale diuinorum officiorum ·

Quecūqȝ i eccl'iaſticis
officijs rebus ac orna
mētis ↄſiſtuut diuinis
plena ſunt ſignis · atqȝ
miſterijs · ac ſingula ce
leſti ſunt dulcedine re
dundantia · Si tam̄ dili
gentez habeant inſpe=
ctorez · qui norit mel
de petra ſugere oleum
qȝ ꝺ duriſſimo ſaxo · quis tamez nouit ordinē celi
⁊ ratōnes ipſius ponet in terra · Scrutator quip
pe maieſtatis opprimet̄ a gloria · Siquidez pute
us altus eſt · et in quo aquam hauriaz nō habeo
niſi porrigat ille qui dat omnibus affluenter et
non improperat · vt inter medium moncium tran
ſeuntez · hauriam aquam in gaudio ꝺ fontibus
ſaluatoris · Licet igit̄ nō omnium q̄ a maiorib9
tradita ſunt ratio reddi poſſit · quia tamen quod
in his ratione caret extirpandum eſt · Jdcirco
ego Guilhelmus ſancte mimatenſis eccleſie ſola
dei paciencia dictus epus pulſans pulſabo ad o
ſtiuȝ ſi forte clauis dauid aperire dignet̄ vt me
introducat rex i cellaz vinariā · i q̄ mihi ſupnuȝ
demonſtret̄ exemplar · quod moyſi fuit in mōte
monſtratū · quaten9 ꝺ ſingul' q̄ in eccleſiaſticis
officijs rebus ac ornamētis ↄſiſtunt · quid ſigni
ficent et figurent · eo valeam reuelante clare et
aperte diſſerere · ⁊ rōnes ponere · qui linguas in
fantum facit diſertas · cuius ſpiritus vbi vult
ſpirat diuidens ſingulis prout vult ad laudem ⁊
gloriaz trinitatis · Sane hic ſacramēta p ſignis
accipim9 ſeu figuris · q̄ ſiquidem figure nō ſunt
virtutes · ſed virtutū ſigna · quibus tanqȝ ſcrip=
turis vtentes docent̄ · Signoꝝ autem alia ſunt
naturalia · alia poſitiua · de quo et quid ſit ſacra=
mētum dicet̄ in quarta parte ſub · vij · particula
canōis · ſup verbo · miſterium fidei · Sacerdotes
igitur ⁊ prelati eccleſie quibus datum eſt noſſe
miſteria · put in luca habetur · Et ſacramentorū
portatores et diſpenſatores exiſtunt ſacramēta
intelligere · et virtutibus que per illa ſignifican
tur fulgere debent vt ex eoꝝ luce ceteri ſimilit̄
illuminent̄ · alioquin ceci ſunt et duces cecoruȝ
iuxta illud pphteticum Obſcurētur oculi eoꝝ ne
videant · Sed proch dolor ipſi hodie vt plurimū
de his qui vſu quotidiano in eccleſiaſticis ↄtra
ctant rebus · ⁊ pferunt officijs · quid ſignificent
et quare inſtituta ſunt modicum apprehendunt
adeo vt impletū eſſe ad literam illud pphteticū
videatur · Sicut populus ſic ſacerdos · yſa · xxiiij ·
ſerentes ſiquidem panes ppoſicionis ad menſaȝ
domini · atqȝ miſteria que neqȝ intelligunt neqȝ
vident · tantum inde nimiꝝ iuſto dei iudicio habi
turi · quantū et iumenta panes ad vſū portancia
aliorum · de qua ignorantia rationem reddituri
ſunt in die vindicte et ire quandoquidez cedri pa
radiſi tremebūt · quid ergo faciet virga deſerti

Eis em̄ per pphetam dicet̄ Jpſi vero nō cogno
uerunt vias meas quib9 iuraui in ira mea ſi in=
troibunt in requiē meam · Siquidem liberaliū at
qȝ q̄rumlibet arcium profeſſores nude forte at
qȝ incolorate in illis plerūqȝ contenta · ſatagūt
cauſis ⁊ rōnibus veſtire · fulcire atqȝ colorare
pictores quoqȝ ac quilibet mechanici · ſeu opi=
fices in quibuſlibet operū ſuorum varietatib9
ſtudēt veriſimiles rōnes et cauſas · ⁊ reddere ⁊
in promptu habere · Sed et ſecundū ipſas mun
danas leges turpe eſt patricio · ⁊ cauſas tractā
ti · ignorare ius in quo verſatur · Verum licet
ſacerdotibus ſcientia ſit valde neceſſaria ad do=
ctrinam · non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotib9
etiam a ſcolaſticis detrahēdum · Juxta illud dis
non detrahes · Vn̄ ſcdm auguſtinum · Nō irride
bunt ſi forte aduerterint aliquos antiſtites et
miniſtros eccleſie vl' cum barbariſmis ⁊ ſoleo=
ciſmis deum inuocare · vel eadem v̄bā que pnun
ciāt nō intelligere · pturbat eqȝ diſtinguere nō
quia talia corrigenda nō ſunt · ſed quia ſunt pie
a ſcientibus tolleranda · Que aūt ſacerdotes ſci
re debeant · in ſcda pte ſub tractatu de ſacerdote
dicetur · Porro nō videt̄ ꝙ ea que in eccl'aſticis
fiunt · rebus atqȝ officijs · figuraliter fiāt · tū qꝛ
figure receſſerunt · et eſt tēpus hodie veritatis
tum qꝛ non debem9 iudaizare · Sed licet reuera
figure quaꝝ hodie veritas apparuit receſſerint
tamen adhuc multiplex veritas latet q̄m nō vi=
demus · pptꝛr quod vtitur eccl'ia figuris · verbi
gracia p veſtimenta candida intelligim9 aliquo
modo decorem animarū noſtrarum ſcȝ gloriam
immortalitatis noſtre quam videre nō poſſum9
manifeſte · et in miſſa a prefatione in antea chri
ſti paſſio repreſentat̄ · vt tenacius et fidelius me
morie teneatur · Notandum aūt eſt ꝙ eoꝝ que i
lege ↄtinēntur · alia ſunt moralia · alia miſtica ·
Moralia ſunt que mores informant · ⁊ ſic intel
ligenda ſūt prout ipſa verba ſonant · vt diliges
deum · honora patrē · non occides · et huiuſmodi
Miſtica ſunt figuralia · que aliud ſignificant p̄
ter id quod litera ſonat Horum aūt alia ſunt ſa
cramentalia · alia cerimonialia · Sacramentalia
ſunt de quibus ratio reddi poteſt · quare ad lraȝ
ſic precepta fuerunt vt de circūciſione et de ob
ſeruantia ſabbati et huiōi · Cerimonialia ſunt ꝺ
quibus ratio reddi non poteſt quare p̄cepta fue
runt · vt non arabis in boue et aſino · nō feres ve
ſtem lino lanaqȝ ↄtextam · non ſeres agrum di=
uerſo ſemine et huiōi · Siquidē q̄ntum ad mora=
lia lex non recipit mutationem · ſed q̄ntum ad ſa
cramētalia et cerimonialia mutatā ē quo ad ſu
pficiem litere miſticus tamen eorum intellect9
mutat9 non eſt · Vn̄ non dicit̄ lex mutata · quā
uis trāſlato in nos ſacerdotio ſit tranſlata · Sciē
dum quoqȝ eſt ꝙ in diuinis ſcripturis ē ſenſus
hiſtoricus · allegoricus · tropologicus ⁊ anago
gicus · Vn̄ ſecundum boecium Omnis diuina au
toritas aut ē ex hiſtoriali · aut allegorico · aut
ex vtroqȝ ↄpoſita intellectu · Et ſecūdum ihero ·

deꝫemus diuinaꝫ ſcripturam in ethicā ſcrutari
iuxta literam. Secundo iuxta allegoriam. id eſt
ſpiritualeꝫ intelligentiā. Tercio ſcd̄m futuroꝝ
beatitudineꝫ. Hiſtoria eſt ſignificatio vocū ad
res videlicet quādo res quelibet quomodo ſcd̄ꝫ
literam geſta ſit. plano ſermone refert̄ vt quo
modo populus iſrahelliticus ex egipto ſaluatus
tabernaculuꝫ domino feciſſe narratur. Et dicit̄
hiſtoria ab hiſtorin qd̄ eſt geſticulari: inde hi=
ſtriones geſticulatores vocant̄ q̄ſi hiſtoriones
Allegoria eſt quando aliud ſonat in litera et a
liud in ſpiritu vt quando ꝑ vnum factū aliud in
telligit̄. q̄ ſi illud ſit viſibile. eſt ſimpliciter alle
goria ſi inuiſibile et celeſte. tunc dicit̄ anagoge
Eſt etiam allegoria. quando ꝑ alienū ſermoneꝫ
alienus ſtatꝰ d̄ſignat̄. vt cum chriſti p̄ſentia vl̄
eccleſie ſacramenta verbis vel miſticis rebus d̄
ſignantur. vbi gratia. vt ibi. Egrediet̄ virga de
radice ieſſe. qd̄ aperte ſonat naſcet̄ virgo maria
de ſtirpe dauid qui fuit filius ieſſe. Miſticis v̄o
rebꝰ. vt populꝰ ab egipciaca ſeruitute ꝑ agni
ſanguinem liberatꝰ. ſignificat eccleſiaꝫ paſſiōe
xp̄i a demoniaca ſeruitute ereptaꝫ. Et dicit̄ alle
goria ab aleon grece quod eſt alienū et gore
qd̄ eſt ſenſus. q̄ſi alienus ſenſus. Tropologia ē
conuerſio ad moreſ ſeu moralis locutio ad cor
rectōeꝫ ⁊ moꝝ inſtitutionem miſtice vel aperte
reſpiciens. Miſtice vt ibi. Omni tempore veſti=
menta tua ſint candida ⁊ oleum d̄ capite tuo nō
deficiat id eſt opera tua ſint munda. ⁊ caritas d̄
mente tua nunquam decidat. ⁊ ibi oportet vt da
uid interficiat in nobis goliaꝫ. id eſt humilitas
ſuperbiam. Aperte. vt ibi. Frange eſurienti pa=
nem tuum. et ibi nō diligamus lingua neqꝫ ver
bo ſed opere et veritate. Dicitur autem tropolo
gia a tropos quod eſt conuerſio ⁊ logos quod
eſt ſermo quaſi conuerſus ſermo. Anagoge di=
citur ab ana quod eſt ſurſum. ⁊ goge qd̄ eſt du
ctio. quaſi ſurſū ductio. Vn̄ ſenſus anagogicꝰ
dicit̄ qui a viſibilibꝰ ad inuiſibilia ducit vt lux
prima die facta ſignificat rem inuiſibileꝫ. id eſt
angelicaꝫ naturam in principio factam Anago
ge ergo eſt ſenſus locutionuꝫ ad ſuperiora ſiue
celeſtia ducens. ſcꝫ ad trinitatem et ad ordines
angeloꝝ et de premio futuro ⁊ de futura vita
que in celis eſt aptis vl̄ miſticis ſermonibus di
ſputatus apertis vt ibi. Beati mūdo corde. quo
niā ipſi deum videbunt. miſticis vt ibi. Beati qui
lauant ſtolas ſuas ⁊c̄. vt illis ſit poteſtas in lig
no vite et per portas intrent ciuitatem. qd̄ patē=
ter ſonat. Beati qui mundant cogitatōnes ſuas
vt illis ſit poteſtas videndi deum qui eſt via v̄i=
tas et vita et per doctrinaꝫ id eſt exemplo patꝝ
intrent in regnum celorum. Similiter iheruſalē
intelligit̄ hiſtorice ciuitas illa terreſtris. q̄m ꝑ
egrini petunt. allegorice eccleſia militans. tro=
pologice quelibꝫ anima fidelis. anagogice cele
ſtis iheruſaleꝫ ſiue patria. De his etiam alia ex
empla videri p̄nt in lectionibus que dicunt̄ in
ſabbato ſācto ꝓut ibi in ſexta p̄te dicet̄. In hoc

autem opere plerūqꝫ circa idem diuerſi ſenſus
adhibent̄. ⁊ de vno ſenſu ad alium tranſit̄. quem
admodum lector ſedulus liquido poterit intue=
ri. Sicut enim nemo ꝓhibetur diuerſis exceptio
nibus vel defenſionibus vti. ſic etiam nec diuer
ſis i laudem dei expoſicionibus ſalua fide. Conſi
derari aūt oportꝫ q̄ in diuino cultu multiplicis
ritꝰ varietas reperit̄ vnaqueqꝫ fere nāqꝫ eccle
ſia ꝓprias habet obſeruātias ⁊ in ſuo ſenſu abū
dat. nec cēſetur reprehenſibile vel abſurduꝫ de
um et ſanctos eius varijs concentibꝰ ſeu modu
lationibꝰ atqꝫ diuerſis obſeruancijs venerari.
cum et ip̄a eccleſia triumphās ſcd̄m ꝓphetaꝫ cir
cūdata ſit varietate ⁊ in ipoꝝ eccleſiaſticoꝝ ſa
cramentoꝝ adminiſtracione de iure conſuetudi
nis varietas tolleretur. Vn̄ ſcd̄m auguſtinū ec
cleſiaſticaꝝ inſtitutionū in diuino officō quaſdā
in ſcripturis accepimus. quaſdam v̄o apoſtolica
tradictione ſiue ſcriptis ꝯfirmatis ꝑ ſucceſſores
quaſdam etiam quaꝝ tamen inſtitutio ignorat̄
ꝯſuetudine roboratas approbat vſus. quibꝰ par
ritus ſeu obſeruantia debet̄. Non igit̄ lectoris
moueat̄ animus ſi fortaſſis in hoc opuſculo le=
gerit q̄ in ſua nō nouerit eccleſia obſeruare. aut
nō inuenerit quicquid ibi ſeruat̄. Nō eīn vniuſ=
cuiuſqꝫ loci ſpecialia. ſed ꝯmunes atqꝫ vſitacio
res ritus hic ꝓſequimur. qui ꝯmunem non pti=
cularem doctrinam tradere laboramꝰ nec ſit no
bis poſſibile quorūlibꝫ locoꝝ ſpecialia ꝑſcruta
ri. Decreuimꝰ itaqꝫ ꝓ anime noſtre ſalute at
qꝫ legenciū vtilitate ſecreta diuinoꝝ officiorū
miſteria hic claro ſtilo ꝓut erit poſſibile exara
re atqꝫ dirigere. et que viris eccl̄iaſticis ꝓ quo
tidiani vſus intelligentia neceſſaria viſa ſunt e=
nucleare et medullitus explicare. queādmodū
et ꝓ illis que circa iudicia verſant̄ ſecularia oliꝫ
in ſpeculo iudiciali fideliter egiſſe dinoſcimur i
ſtatu diſſimili cōſtituti. Verumtamen ſedulo p̄e
ſanduꝫ eſt. q̄ circa ipſa diuina officia plures ſūt
vſuales obſeruantie que nec ad moraleꝫ nec ad
miſticum ex inſtitutione referunt̄ intellectū. Sꝫ
nonnulle ꝓpter neceſſitatē. quedā ꝓpter veteris
et noue legis differentiam. quedā ꝓpter earum
conuenientiaꝫ et quedaꝫ ꝓpter maiorem ipſoꝝ
officiorum celebritateꝫ ⁊ reuerentiaꝫ. inolite eſ
ſe ꝯgnoſcunt̄. Vnde ſicut ait beatus auguſtinꝰ
Talia diuerſoꝝ locoꝝ diuerſis moribus innu=
merabiliter variantur ita vt vix aut nunq̄ꝫ om=
nino inueniri poſſint cauſe quas in eis ꝯſtituen
dis homines ſunt ſecuti Sane liber iſtē rōnal̄
vocabulo deſcribit̄. Nam quemadmodum in ra
tionali iudicij quod legalis pontifex ferebat in
pectore ſcriptum erat manifeſtatio et v̄itas. ſic
⁊ hic rōnes varietatū in diuinis officijs ⁊ earū
veritas deſcribunt̄ et manifeſtātur quas i ſcri=
nio pectoris ſui eccleſiaꝝ prelati et ſacerdotes
debent fideliter ꝯſeruare. ⁊ ſicut in illo erat la=
pis in cuius ſplendore filij iſrahel deum ſibi fore
ꝓpiciū agnoſcebant. ſic ⁊ deuotꝰ lector ex huiꝰ
lectionis ſplendore i diuinoꝝ officioꝝ miſterijs

eruditus agnoſcit deum fore nobis propicium. niſi forte eius indignatōnem culpe offendiculo improuide incurram9. Illud quoqꝫ quatuoꝛ coloribus auroqꝫ contextū erat. et hic vt premiſſum eſt ratōnes varietatū in eccleſiaſticis reb9 atqꝫ officijs quatuoꝛ ſenſibus videlicet hyſtorico allegorico tropologico ꝛ anagogico fide media coloꝛant̄. Diſtinguit̄ aūt in octo ptes quaſ ſeriatim fauente domino ꝓſequemur. In quarū prima agetur de eccleſia ꝛ eccleſiaſticis locis. ꝛ oꝛnamētis. de ꝯſecratōnibus ꝛ de ſacramentis. In ſecunda de eccleſie miniſtris et eoꝝ officijs. In tercia de ſacerdotib9 ꝛ alijs indumētis. In q̄rta de ſingulis que in ea agunt̄. In quīta de alijs diuinis officijs in genere. In ſexta ſpecialiter de ſingulis dominicis et ferijs et feſtiuitatibus ad dominum pertinentibus. In ſeptima de feſtiuitatibus ſanctoꝛum ꝛ de feſto et offitō eius ꝛ dedicationis eccleſie ac moꝛtuoꝝ. In octaua de cōpoto et kalendario.

Incipit liber primus de eccleſia et eccleſiaſticis locis et oꝛnamentis et de conſecratōnibus et ſacramentis.

In hac ergo prima hui9 operis parte de quibuſdam generalibus tractare preuidemus videlicꝫ

De eccleſia et eius partibus.
De altari.
De picturis ꝛ imaginib9 ꝛ oꝛnamētis eccleſie.
De campanis.
De cimiterijs et alijs ſacris locis.
De eccleſie dedicatōne.
De altaris conſecratione.
De conſecratōnibus et vnctionibus.
De ſacramentis eccleſiaſticis

De eccleſia et eius partibus.

Prius eſt vt de eccleſia et ei9 ptibus videam9. Notandum eſt ergo ꝙ eccleſiarū alia eſt coꝛpoꝛalis in qua videlicꝫ diuina officia celebrantur. Alia ſpūalis que eſt fidelium collectō ſiue popul9 ꝑ miniſtros cōuocat9. ꝛ in vnū congregatus ab eo qui vnanimes habitare facit in domo. Sicut enim coꝛpoꝛalis ex congregatis lapidibus conſtruit̄ ſic et ſpūalis ex diuerſis hominibus congregat̄. eccleſia ergo grece d̄ꝛ conuocatio latine. quia omnes ad ſe vocat. quod nomē magis ꝓprie ꝯuenit eccleſie ſpirituali q̄m coꝛpoꝛali quoniam homines nō lapides ꝯuocant̄ ſepe tamen nomen ſignati attribuit̄ ſignanti. Eccleſia autem materialis ſpūalem deſignat vt dicet̄ vbi de eius conſecratōne aget̄. Rurſus eccleſia grece d̄ꝛ catholica. ideſt vniuerſalis quia per totum mundum eſt cōſtituta ſeu diffuſa. quia vniuerſi in deum credentes in vna debent eſſe congregacione. vel quia in ea eſt generalis doctrina ad inſtructionem omnium fideliū. Synagoga quoqꝫ grece congregatio d̄ꝛ. quod proprium nomē iudeoꝛum populus tenuit. ipſoꝝ enim ꝓprie ſinagoga dici ſolet quāuis et eccleſia dicta ſit. Apoſtoli tamē nunquam ſinagogam ſed ſemꝑ eccleſiam forte diſcernēdi cauſa. Dicit̄ etiā pn̄s eccleſia ſion. eo ꝙ ab hac ꝑegrinatōne longe poſita ꝓmiſſionem rerum celeſtium ſpeculatur. et ideo ſion ideſt ſpeculatio nomen accepit. Pro futuro vero patrie pace iheruſalē vocat̄. Nam iheruſalem pacis viſio interpretatur. Dicit̄ etiā eccleſia dom9 dei ſic dicta. a dogmate quod grece d̄ꝛ rectum. quaſi dās manere vnanimes in ſe. Dicitur etiam quandoqꝫ kiriaca ideſt dominicalis. Quandoqꝫ baſilica q̄d verbū grece ſonat latine regia ſeu regalis a rege ſcꝫ baſilio. Carnaliū em̄ regū pallacia ſic dicta ſunt. Noſtra aūt oꝛonis dom9 regia d̄ꝛ quia in ea regi regum ſeruitur. Quandoqꝫ templū quaſi tectuꝫ amplū in quo regi deo ſacrificia offerūtur. Et quandoqꝫ dei tabernaculum quia in pn̄ti vita ꝑegrina eſt. et in itinere ad patriam pergens vt iam dicet̄. Vel dicitur tabernaculum quaſi taberna dei. ꝓut ſub eccleſie dedicatione dicetur. Quare etiā dictū eſt tabernaculum vel arca teſtimonij ſub altari dicetur q̄ndoqꝫ vere martirium q̄d in honoꝛem alicui9 martiris ſacti ſit. Quādoqꝫ capella ꝓut in ſecūda ꝑte ſub tractatu de ſacerdote dicet̄. Q̄n̄qꝫ cenobiuꝫ Quandoqꝫ ſacrarium. Quandoqꝫ ſacellū. Quandoqꝫ domus oꝛatōnis. Quandoqꝫ mōnaſterium et quandoqꝫ oꝛatorium. Generaliter tamen quilibet locus ad oꝛandum ſtatutus oꝛatorium dici poteſt. Rurſus eccleſia q̄ndoqꝫ d̄ꝛ coꝛpus xp̄i Quandoqꝫ etiam virgo vocatur. iuxta illud. Emuloꝛ enim vos ꝛc̄. Quandoqꝫ ſponſa q̄m xp̄s deſponſauit in fide de qua in euangelio. Qui habet ſponſam ſpōſus eſt. Q̄n̄qꝫ mater quia quotidie in baptiſmo ſpūales filios deo parit. Q̄n̄qꝫ filia iuxta illud prophete. pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Item quandoqꝫ ponitur vidua quia ꝓpter preſſuras nigreſcit ꝛ vt rachel nō cōſolatur. Quandoqꝫ meretrix figuratur ꝓpter eccleſiam de gentib9 ꝯgregatam. Quandoqꝫ vocatur ciuitas ꝓpter ꝯmunionem ſanctoꝛum ciuiuꝫ murata ꝓpter munitōnem ſcripturaꝝ. quib9 heretici arcentur. habens lapides et ligna diuerſi generis. quia diuerſa ſunt merita ſinguloꝝ ꝓut iam dicetur. Quicquid aūt ſinagoga per legem accepit. hec nūc eccleſia a xp̄o cuius ſpōſa eſt ꝑ graciam recipit et in melius ꝯmutauit. Sane non eſt noua oꝛatorij ſiue eccleſie inſtitutō. P̄cepit nanqꝫ dominus moyſi in monte ſinai vt faceret tabernaculuꝫ de coꝛtinis mirifice fabricatis Diuiſum em̄ erat interpoſito velo in duas ꝑtes cuius pars prioꝛ ſancta vbi popul9 ſacrificabat interioꝛ vero ſancta ſanctoꝝ vbi ſacerdotes ꝛ leuite miniſtrabant dicebatur. vt dicet̄ in ꝓhemio quarte partis. Quod poſtquā vetuſtate ꝯſumptum eſt iuſſit dominus fieri templū q̄d ſalomon edificauit opere mirifico. duas habēs partes vt